

quae ad oculum sursum attollitur, eis que veluti nubes caliginem offundit. Dentium acutorum latorum, quodammodo ferratorum, ad latera spectantium ordines sunt duo, in palato substantia fungosa et mollis, quae supernam inferamque oris partem replet; *lingua* crassa et aspera. Branchiae detectae; prope has *pinnae* duae magnae, ad podicem totidem minores; duae in tergore. *Cauda* ex duabus constat; superior multo longior est quam inferior, sursumque spectat. *Interna* si attendas, videbis *ventriculum* amplissimum et longissimum; *splenem*, qui ventriculo annexatur, longum, ex multis particulis carnosis rotundisque racemi instar compactum. *Hepar* adiposum, in duos lobos dissectum, quorum alteri vesicula fellis adhaeret. *Fel* viride; parte ventris infima in maribus seminis vasa in duas partes divisa, in foeminae *vulvam*, in maribus substantiam carnosam, digitali magnitudine, penis specie. *Intestina* primo sunt

gracilia, dein lata, sine ulla spiris. Ex venis meseraicis rami duo oriuntur, quorum alter ad hepar, alter ad ventriculum tendit, et in multos ramos diducitur. *Cor* quoque angulatum est. Carnis humanae avidissimus, et ad littora deambulantes inhians. Exemplum militis cuiusdam praebuit, a quo cum calces apprehendere frustra tentasset, occisus est.

MALTHAM inter belluas marinias numerat Oppianus. Suidas cum Presti aliquando eandem facit; aliquando ab eodem distinguit, δυο-αντεργων belluam appellans, Rondeletius Cetaceum esse pisces, et ex Galeorum numero colligit, quod caro ipsi sit laxa, mollesque. Pinis, cauda, internis partibus a Canne Galeo non differt, nisi quod alba oculorum macula destituatur. Rostro est brevi, dentibus latis et acutis. Os habet in supina parte, non multum infra rostrum; dentium multos ordines.

Oppian.

Halieut. l. 1.

v. 371.

PVNCTVM V.

De Vulpecula marina, et Galeo Acanthea.

TAB. VII. 3. *Piscis*, qui Graecis αλώπηξ, Oppiano αλωπηκίς γαλεός, Bellonio *Simia marina*, Latinis *vulpecula marina*, vel a caudae ^a longitudine, vel insuavi ^b ingratoque gultu, vel ab ^c astu ingenioque, nomen fortitus esse videatur. Distinguatur-ne ab ^d Archestrati vulpecula, quam circa Rhodium sapidissimam, et alio nomine πύρα, id est canem pingue appellari scribit; an cum eo sit eadem, ignoro. *Piscis* est aliquando ad cendisti. Aelian. tenas libras excrescens. Cum Canne Galeo, oculis, foraminibus auditui, et olfactui inservientibus; et branchiis conveniens. Crassior et brevior. Cute tectus. Dorsum habet cineraceum, ventrem candidum, caudam falcatam, et quodammodo ensiformem, quae magnitudine reliquum corpus superat, et in cuius exortu pinna conspicitur, Rondeletius ita eam exprimit, ac si ex bi-

nis pinnis constaret, quarum illa, quae sursum abit, toto corpore longior est, altera decuplo minor. Pinnae ad branchias et anum quam in dorso longiores. Ventriculum amplum; intestina lata, jecur pallidum et in duas fibras divisum. Iconem apud Aldrovandum vide; nos hic alterius cuiusdam subjicimus. *Locus*, in mari gaudet coenosis a littoribus magis remotis. Pisces etiam grandiores pro cibo. In Conceptu et partu spinacem imitatur. Sobolem metu periculi intro recipere, praeterlapsi emittere, Rondeletius oculatus testis est. Cauda, longitudo ob mollietatem quae in tenellis facilime flexitur, impedit. Hamo ^e devorato glutinunt amplius ad infima lineae, quae facile praerodunt. Caro virus resipit.

GALEVS ACANTHIAS Gazae Mustelus Spinax; Scaligero Mustelus Spinus

e Plin. H.N.
l. 9. c. 43.

Oppian. Halieut. l. 3.

v. 144.

TAB. VIII.